Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

ad honorem nominis domini inpenditis. has
ad intercessionem apud dominum pro longitudina ui
ta premittere debemus. His dictis
eodem modo ut antea prostrauerunt
se ante eas. Ille statim sub omni
festinatione ad thronum tendentes.
pro longitudina uita eius postulabat.
Ipsi interim ut prius in parte
stantes. antequam solo ad pedes proster
nerentur. apparuit maiestas do
mini. obuiam. et eleuans eas dixit.
Si bona doceat et exempla bona
agat. et eos quibus mala exempla
mala prebuit corrigat erit peticio.
Post hec uide   uita.
recedentes cepit ei angelus
exponere in quantis uitiorum sor
dibus uolutata humanitas. Licet
enim in diuersa criminum numerosi
tate ab auctore suo recedat huma
num genus. diabolo se manci
pando. in nullo tamen deus magis of
fenditur. quam cum contra naturam pec
catur. Et ideo multa uigilantia
certandum est. omnibus in locis. ne sce
lere sodomitico dei habitaculum
uertatur in delubra demoniorum.
Non solum enim inquit hic morbus
uirulenta contagione irrepens
inficit animos inter se concubitu
masculorum pollutos. sed et in coniuga
tis multiplici peste concretus inue
nitur. dum in rabiem uexatione
libidinis uersi. et instinctu demo
num agitati. nature bonum adeo conces
sum. in uxoribus propriis perdunt.
ita ut thoro inmaculato insuper
maculam uiso. ambo coniuges prosti

tuti demonibus fiant. Unde precipio
tibi ex auctoritate diuina ut
hec publice predices. et quantum
discrimen in luxu concubinarum
hereat non celes. Quamdiu enim in
illa obscenitate polluuntur. reg
ni celorum aditum non merentur. Cui
ait. Domine hec proferre in medium
non audeo. quia propter uilitatem
mee persone ad hoc me aptum non
sentio. Cui angelus cum magna in
dignatione respondit. Quod deus
uult et per me tibi iubet tu non au
des proferre.

Post hec cepit eum admonere
diuerso modo de emendatione
sua. Ego inquit sum angelus
ad custodiam tui deputatus. qui
quondam sampson illi quem liber
iudicum describit ab eius ortu ado
sum ordinatus. et in omni cona
tu operum mirandorum deo fauente co
operator existens. usque dum car
nis illecebris emollitus. in dali
la dei offensam incurreret. et
consecratione sua scorto uenderet.
adeo est derelictus. tunc recessi ab eo.
Tu quoque in puericia tua bene michi
complacuisti. Sed postquam adultus
tuo iam arbitrio uiuere cepisti. ual
de mihi displicuisti. Nunc uero in me
rore et penitudine cordis ad dominum
conuersus tamen places.

In cenobiis etenim monachorum
admonendum est. ut uitiorum radi
bus arefactis. uirtutum
possint germina pullulare. quia
maioris numeri frequentia reperit.